

mos pie aliter de his sentire, q̄b ipſi ſenſerunt, præſertim
cū priſciſ temporib⁹, Aristotle, qui tardius in lucē
libri ſui puenerūt, nec ſubintelligi, præter eos quos de
moribus ſcripſerat, ante Alexandri commentatoris tem
pora potuerunt, quem Antonino Romanis imperante
floruisse conſtat, tum propter altitudinem rerum, que
percipi poſſe non uidentur, niſi quis omnia uolumina,
que de iſpis feruntur diligenter uiderit. Aristotle igi
eur his de cauſis parum recte intellecto, Platone autē
propter ornatū uerborum, dicendiq; bombum, omni
bus familiari, difficile iſpis fuerit non perperam iudic
are, non enim poterat ei principatum in philosophia
conſerre, quem aut ne perlegerunt quidem, aut si le
gerunt, minus integrę intellexerunt. Accedit qđ non
authoritatibus, quae res fallere plerūq; potest, ſed rea
bus iſpis faciūndahæc eſt nobis collatio.

Diuīſio huius libri ſecundi, et quod Plato uerbis
muni dicit deum, cum re multos colat, Aristot
eles ad unum cuncta principium refert
ſimpliciter primum, nèc cæteris connume
ratim, et de officio Traductoris, de
omnipotentia dei, de Theologia
Platonis, et Aristotelis.

His itaq; prælibatis, primum in hoc uolamine
oſtendemus, Aristotle, melius rectiusq; Pla
tone, de deo ſenſiſſe, deinde q; Aristotle, trini
tatem unius dei ſubintellexit, Plato minime, tertio q; à

nihilo producta omnia de uoluntate del Aristotles eē
sunt, Plato contra ex materia prima. Quarto q, uere
de animo humano Aristotles disserit, Plato figura
poētica retulit. Quinto q, dei prouidentia gubernari
hæc inferiora credidit Aristotles, necessitate oīa comr
pelli Platonici somniarunt, ex quibus omnibus, aper
te perspicitur, alienissimum à ueritate Platonem, conue
nientissimum Aristotlem, cuius ex scriptis plurimum
ecclesiæ dogmata iuantur, quæ à platonicis aferre
oppugnantur, Primum igitur omnium platonici autho
rem suum, ad astra efferentes, pie ipsum aiunt, ac do
cte ad unum uniuersa, retulisse deum primum. Nā es
si multos inquiunt deos, nominet, omnes tamen à pri
mo, secundum immediate, alios mediate factos, esse op̄i
natur, Aristotles uero nullibi ad primum cuncta redu
cit, nam primum quod dicit non absolute primum, sed
motorem primum quia primum mobilis motorem arbitra
tur, hæc illi cum dicat, chachinnum nūbi, nec dubito
quoniam omnibus ueri studiosis, maximum excitent, phý
losophum enim appellant, qui creaturas quasi deos co
lebat, qui unum primum uerbo solum, secundum et
tertios & omni no factos, ipsa re adorabat, idq; fatti
non erubescunt, multos enim, ut predican, à primo pri
num, deinde à secundo ac tertio factos Plato credidit
deos, & si hucusq; progressus, nihil aliud addidisset,
quoniam prouiores semper ad cōciliandū esse debemus,
putarem id ab eo sic dictū esse, quemadmodū diuinæ
quoq; scripturæ, homines, non nunquam dei nomine,
uocant. Scribitur enim, ego dixi dii estis, presertim cum

D i i i

addat factum suisse, a primo secundum, et ad hunc
tertium, et sic serie quadam, alios deos, non unum ab
uno semper, sed a primo solummodo secundum, a se-
cundo tertium, et inde plures, sequitur enim si facti
fuerint, non re, sed nomine solum, deos esse, aut collatio-
ne; cum sicut immortales ad nos mortales cōferantur,
philosopho autem et ueritati, nulla de nominibus, tota
de rebus, cura est, nunc uero cum eos colat, colendosq;
nobis, ut factores nostros censeat, quid ab illis differt,
qui serpentes, q; bones, qui feles, aliaq; huiusmodi mo-
stra coluerunt. An quia nobiliores ipse creature adora-
bat, prudentior, ingeniosior, doctiorq; agrestibus, et
brutalibus illis hominibus videbitur? Omnis creatura
equaliter in infinitū distat a primo, nec cultus alii ado-
ratioq; nisi creatori debetur, quod etiā ipse uidit, sed si
cum secundum deum, a primo factū et ad huc alios pu-
tit, sic nos a cœlestibus, et deo, ex luna, sole, luna, si-
cūt deos, atq; productores nostros colit, adorariq;, in
ultimo legibus præcipit, legeq; sancte dū iubet, uer-
differt, si non corpora, sed intelligentias, orbes illos mo-
uentis, intellexisse ipsum cœli, luna, solisq; nominibus
contendant, stultius enī est in corpora, q; in intelligentias,
dei honorē traducere. Impietas uero eadem, idolo-
rum enim cultus, et adoratio in utrisq; inuenitur,
est enim idolatria pietatis, spei, adorationis, a creatore i
creature translatio, operitum hominē, qui rebus natu-
ralibus, id est corporibus, cum cultum, qui deo uero ac
primo, ut physiophi dicere solent, et ipse exhibet, et
caeteris idē facere præcipit. At Aristotle multo rectius

us, et ita, ut pietati, si recte intelligitur, nullo se obiiciat pacto, nullum enim apud eum inuenitur uerbum quo quis posset animum inducere, non primâ et supradid solūmodo causam ipsum adorasse, immo aut cōtra, cœlestia corpora, non modo non adoranda esse, sed inferiora quodam modo atq; ignobilia hominibus ostendit se inuenitur. In secundo enim de generatione atq; corruptione, iuxta calcem, ubi harum ipsarum rerum causas querit, quoniam inquit, quod melius est, id appetere naturam asserimus. Et siq; melius esse, q; nō esse, idq; impossibile in omnibus esse, quoniam longius ab ipso principio absunt, reliquomodo uniuersum deus adire plenit, cum generationem fecerit cōtinuā. Primiū igitur anima suertendū, quod omnia expetere principium prium asserit, sempiternā enim omnia durationē ideo appetunt, ut primo possint assimilari principio, deinde quae propinquiora sunt primo, sempiternæ singula esse substantiae, nam quae longius ab ipso absunt, reliquo modo sempiterna esse ait, duos enim sempiternitatis modos ponit, alterum singularium, alterum sp̄etierum, per successionem singulorū primo modo, propinquiora primo principio sempiterna sunt, reliquo q; longius absunt, generationem enim fecit deus, continuam, ut uniuersum inquit ad ifleat, idest ut uniuersa remota etiā, modo quo suscipere possunt, perpetuitate, donaret, proprietatem de remotionem, non loco, sed proprietate quadam, idest similitudine atq; uestigio et imagine primi, rebus impressa, ut ego arbitror, intelligens, nec obstat q; cœlestia corpora primo modo sempiterna sunt

humana uero mutuūme, cūm tamē eiūdem penitus, in
quantum corpora, sīnt rationis, non enim quia corpora
id illa consecuta sūnt, sed quia totam singula, conueniē-
tē sibi matrīam exhausterunt, quod perspicuum fit,
et in diuiduorū, ut ita dixerim, singularitatē, hac igit
tur de causa, primum principiū, qui est deus, cōtinuam
fecit generationē, ut saltem reliquo modo qui est secun-
dum sp̄eciē, quoniam primo impossibile erat, sempiterna
sint etiā corruptibilia hæc, hunc uero esse reliquū mo-
dum, exposuit dicens, cū generationem cōtinuā fecerit,
quaque rōne generatio continua facta sit, id ipsum est
qđ ad rē statim p̄tinet. Quare ipsum diligētr audiāt,
singulaq; uerba eius perpendant. Contrario rū inquit
tais ē sunt, iccirco nec prima ratio generationis nostre
simpliciter fit, beatitudinem quandam ex generatione
inferiorum continua primo afferre, beatū enim à fine
suo unumquodq; et finis profecto sic beat, sicuti finis
est, sed ncs finis motum cœlestium sumus. Ergo et mo-
toris, saltem, p̄ accidens, ergo dei quoq; omnium quod
absurdissimum est, sed quid ad nos inquiet, si absurdā,
hæc, ac inconvenientia tuum Aristotlem sequuntur,
non illū hæc sequuntur, sed eos qui dicunt, uel nihil natu-
ræ uito posse percipere, uel iniuria torqueri ostēdūt,
hō. n. uerbis ipse suis, sed fictiōibus platonicorū ac inui-
ctorū suorū falso ad hæc cōpellī uidetur, nā illi quidē,
primum motorem non primū simpliciter, nec primum
ipsū, nec principium primum nominat, platoniciue
to primum simpliciter sic appellari ab ipso fingunt, nec
uident primum simpliciter hoc principiū ipsum ac pri-

rum absolute ac fine additione aliqua, nec esse primum
motorē, nec dici posse, si ad cæteras referas, sic circa quo
niam omnia huiusmodi nomina ipso primo absolute di
cta conueniunt, omnia enim ratione sibi attribuūtur.
Si uero ad cæteros referas, ceterisq; connumeris, qua
si similibus non conueniunt, & ideo absq; omni addi
tione ab Aristotle proferre solent, primum, aut primū
ipsum, & principium ipsum, similiter principium pri
mum, & cum prima causa deus, dei, sed non quasi cū
aliis connumeratus. Id accidit quia, non eiusdem ratio
nis potestatim habent in primis atq; in aliis, non enim
omnino uniuoce dicuntur de deo, & de creaturis, secū
dum Aristotele, nec omnino equiuoce, sed analogice.
Ideo deus sicut prima causa & primum principiū, non
connumeratis aliis causis, atq; principiis uere dicitur,
sic primus quoq; motor, non connumeratus aliis motori
bus, uere dici potest, ab eo enim omnia sunt, quae sunt,
per eum omnia uiuant, quae uiuant, in eo mouentur
omnia, quae mouentur. Si autem primum appellaueris,
quod secundis & tertius connumeratur, nullomodo pri
mitas, ut sic dicam haec, deo conuenit, repugnat enim
sibi ipsiratio, nam quod sic primum est, non est simpli
citer atq; universaliter primum, sed in aliquo ordine,
& ad connumerata est, ergo deus & primus motor sunt
pliciter, atq; omnium absolute, id enim deus est, & sim
iliter etiam si ceteris connumeretur mortalibus, primus
motor esset, non absolute neq; simpliciter, sed in connu
merationis cæterorum ordine, quod impossibile pen
dis est, Hæc cū ita se habeant, primū absolute atq; sim

pliciter, et uniuersaliter nullis aliis cōnumeratim, nullo modo in loco est. Audiamus quid ipse dicit, in primo de cœlo, quare perspicuum est, quia nec locus, nec vacuum, nec tempus extra est, quas ob res, nec in loco sunt, que illic sunt, nec illius eorum que ultra extremitatem ratione in sunt, ulla mutatio, et statim. Vnde et ceterorum quorundam perfectius, quorundam imperfectius et esse et uiuere ipsum dependet. Hæc de primo hic per accidens dicta sunt, non enim de ipso sermo sibi nunc erat, nec turbaverit quisquam, q, in plurali, quasi plura sint prima, sermo profertur, non enim ita leniter moueri debemus, præsertim in re tam apta, quem cum rationibus ab eo sumptis demonstrari potest, tum expresse de unitate principii multa inueniuntur, ab eo dicta, quid enim mirum est, si ita dixit, uel quia scribentes plerumq; multa, pro uno accipiunt, uel quia solet trita omnium dicendi consuetudine uti, anteq; determinet, uulgo autem suis temporibus multos esse deos indifferenter dictum, minime nescimus. Hæc diximus, quasi nullam habeamus altiorem rationem, quā, quoniam secunda quæstio perspicuā facit, modo intermit, tendam duximus sed ad rem redeamus, non sunt in loco inquit que illic sunt, quia non est ultra extremitatem rationem, locus, nec tempus, nec mutatio ulla, nec ut ego existimo, extra cœlum ita deum esse arbitrabatur, ut intra cœlum non sit, sed nullo ipsum in loco modo esse uoluit ostendere, nam si ultra uel extracœlum, non sit sed localiter intellecter, pugnantia dixeris necesse est, nullo igitur modo primum est in loco, atq; corrus

ptionis causa est, sed ea quae per ipsum orbem obliqua
est, nam et continuu[m] et duos motus moueri in ipso est,
necessae enim est, si generatio atq[ue] corruptio futura, sem-
per continua est, aliquid moueri semper, ne mutationes
iste deficiant, duos autem esse, ne alterum solum euer-
niat. Continuationis igitur latio totius, accedendi au-
tem ac recedendi obliquatio causa est, quoniam gene-
ratio atq[ue] corruptio contraria sunt, contrarias esse ins-
quit causas oportet suas, sed motus totius unius atq[ue]
simplex est, non igitur est ipse generationis atq[ue] corru-
ptionis causa, sed solum continuationis harum mutationi-
num. Obliquatio autem Zodiaci, per quem sol et ceteri
planetae parum declinantes a via solis, quae per me-
dium obliqui circuli semper est, accedendi proprius, ex
recedendi longius causa est, est autem accessus solis ge-
nerationis causa, recessus corruptionis, aliorum uero plati-
netarum, secundum rerum conditiones, quasi enim ad-
iuuates cause sunt. Ideo astrologi, aspectus eorum ad fu-
llem undestare, progredi, regredi cognoscuntur, diligenter
considerant. Si ergo continuationis harum mutationi-
num latio maxime totius, qua ceteri quoq[ue] orbes se in-
tunatur, causa est, ipsarum uero mutationum Zodiaci obliqua-
tio et motus solis, atq[ue] planetarum obliqui, necessario
sequitur, ut propter generationem atq[ue] corruptionem,
continuationemq[ue] ipsarum, facti caeli sint, immo autem
ad huc modo quodam factos expresse praedicat, fecit
enim inquit deus generationem continuam, continua uero
est propter motum totius, ipsa uero generatione fit igit
per accedendi motum, ergo et motum totius et motu

accedendi atq; recedendi deus propter generationem:
atq; corruptionem fecit, et si motus ipsos, ergo et mo-
bilis, quorū sunt ipsi motus, carli ergo propter has mu-
tationes modo facti sunt quodam, addam etiam, q, mo-
tores ipsorum. Nam quomodo propter generationē mo-
bile aliquid est, eodem profecto modo erit etiam ipsius
mobilis motor, et hoc est, quod in phýsico dicitur audi-
tu, sumus enim etiam nos, quodammodo finis, simplici-
ter enim est ultimus omnium finis, prima causa est, sed
nos quodam inquit modo, nam si motus propter gene-
rationem similiter, et continuationem ipsius facti sunt,
ergo et mobilis etiā, atq; motores, modo, ut diximus,
quodā. Videt igitur, uidete quæso, quis catholicæ ue-
ritati adheret. Plato ne qui ad scelus ydolatriæ p̄ ipie-
fatum, ac ignorantiam excidit et cœlestia corpora qua-
si deos colit, atq; adorat, cætroſq; ad id legibus ipel-
lit? An Aristotles, qui propter homines ipsa moueris en-
tit, prædicat, demostrat? Nam si propter generationem
et continuationē ipsius mouētur, propter homines cer-
te mouentur, aperte namq; cætera quæ generantur, at
q; corruptiuntur, hominum gratia sunt, nec quicquid
eorum est, quod ad nostrū tandem usum reduci neque-
at. Sed altiora his, latere hic uideo, motum enim omnē
cœlestium, harum mutationum gratia esse aperte dicit.
Quare simpliciter finis, gratia cuius, hæ ipse mutatio-
nes motuum cœlestiū sunt, si ergo, ut uera pietas, præ-
dicat, terminabitur aliquando generatio, motus quoq;
cœlestium necessario cessabunt, finis enī cuius gratia,
maxima causarum est, quare ipso cessante, cæteras quoq;

q; id pati necesse est. Verum generatio, motum quidem
simpliciter finalis causa est, corporum uero cœlestium non
simpliciter, neq; in quantum corporum, atq; substantiarum,
sed in quantum mobilium. Quare homo cœlestibus
etiam corporibus finis est, nō autem simpliciter, sed mo-
do quodā, motorum uero finis, homo est, nec simpliciter
in quantum sunt, neq; ut motores, sed per accidēs,
quod apertius paulo postea faciemus, nunc illud dicen-
dum, quod et maxime necessarium est, et aut ignorantie
crimine, aut calūnia platonicos arguit omnes, pri-
mum motorem inquirunt deum omnium, Aristotleles es-
se opinatur. Quoniodo igitur, o uiri nos docti, sancti-
q; motui primū mobilis, continua generatio finis cuius
gratia erit secundum ipsum, hoc enim admisso seque-
tur actionem primū, quae est semper mouere, cum gra-
tia primus motor quedammodo in loco est, primus erit
motor, qui primum mobile mouet, non est illud pri-
mum, de quo nobis questio est, nā et si modo corpora
in loco non est, nō est tamen in orbe alio, sed solum in
primo, in loco enim esse, aut sicuti corpus dicitur, quod
extrema continentis superficie ambeatur, aut quia hoc
uelibi et non alibi sit, qui modus omnibus, praeter pri-
mam, intelligentius, necessario conuenit. Quare primus
quoq; motor, qui primum mobile mouet, sic certe in lo-
co est, nec potest dici extra cœlū, nec ultra primam lo-
cationē esse, cum in ipso primo mobili ab omnibus et ab
Aristotle esse asseratur, primum non ultra primam lo-
cationē et extra cœlum est, aliud est ergo natura primus
motor, a primo simpliciter, praeterea isti primo, quod ut

erat extremam lationem, et extra cœlum est, nulla per
nitus mutatio accidit, quare nec p se, nec per accidēs,
locali motu mouetur, primus motor in ordine, quāvis
non mouetur per se, mouetur tamen per accidens. per
se naniq; per locum moueri dicitur, quod motu suo lo-
cum mensurat in quo mouetur, et ideo motu locali, nō
nisi corpora per se mouentur, per accidens uero moue-
tur, si quid incorporeum in corpore mobili est, sed pri-
mus motor, non alibi q; in primo mobili est, mouetur er-
go ad motum eius, num quicquid in mobili est, sicuti
est ita mouetur. Aut ergo sicut aia in corpore, aut si-
cuit gubernator in nau, aut quoniammodo alio, primus
motor in ordine mouetur, non est ergo hic primus mo-
tor ipsum primum, secundum Aristotlem. Ad huc pri-
mum simpliciter principium, etiam primum ab ipso ap-
pellatur, sicut paulo ante dicebat. Quoniam logius ab
ipso principio absunt, Hoc idem etiam primam Aristoteli-
ci causam uocant, primo uero mobili appropriatum
motorem, nemo principium ipsum id est primum, nemo
prima absolute causam appellauit. Collige igitur, quod
sequitur, accedit, quod ex esse et uiuere cæterorum or-
bitum, cæterorumq; motorum, nemo compos mentis à
motore primi mobilis dixerit dependere, cæterorum ue-
ro, id est omnium aliorū solo primo excepto, et esse ex
uiuere ab ipso primo, sicut ipse ait, de pen tet, superiorū
quidem perfectius, quoniam perfectiora sunt, et perse-
ctius uiuunt. Inferiorum autem imperfectius, nō ergo
primi mobilis primum simpliciter est, secundum Aristot-
lem, etiam si platonici dirūpantur. Sed forsitan eo quod
statim

Statim additur minus intelligentes perturbantur, si te
enī, attestatur autem dictis, q̄ ita se habeant, quia nec
aliud melius est, quod mouebit, esset enim illud diuinus
eis, nec malum ullum habet, neq; indigens ullorum bo-
norum suorum est. Ecce dicet quispiam, nō esse ait, ali-
ud melius quod mouebit, nam si esset, esset aliquid di-
uinius, non est autem diuinus ipso quod mouet. Id enī
verba ista significāt, ergo primum mobilis motor, diuinis
simum, ut sic dicā, secundum ipsum Aristotlem, & opti-
mum est. Quare primum simpliciter horum atq; simi-
lium, facile à superioribus habetur solutio, dictum est
enī, q̄' primum, si ad aliquem ordinem redigitur,
naturam coordinatorum sapit, atq; ideo nullo pacto
de primo simpliciter dici potest, sin uero absolute ita di-
citur ut nullo modo alii connumeretur, atq; coordi-
netur, sic de deo uero solum dicitur. Iccirco matriam
& formam prima principia dicimus, ceteris principi-
bus naturalium rerum connumerantes, nec prima solum,
sed simpliciter, etiam prima rerum naturalium prin-
cipia, mattria & forma recte dicuntur. Nam cum simpli-
citer, uniuersaliter, atq; per se significet, si materiam &
formam prima principia simpliciter dixeris, nec aliud
addideris, uehementer erraueris, dei ueri potestate, ma-
triae, atq; formae attribuens, sin autem rerum natura-
liū addideris, recte dixeris, uniuersaliter enim atq; p-
se, rerum naturalium omnium materia & forma, prima
principia sunt, deus autem primum principium, non
naturalium solum rerum, sed omnium est, quapropter
nec connumeratur aliis, nec primi relatione ad secū

E

dū dicitur, sed absolute primū. Similiter elementa quatuor, nonnulli prima corporum elementorum appellant principia prima, prima uero principia sine additione ulla non dicunt, Et litteras elementa, primaq; principia vocamus, Et recte, si statim attulerimus, uocis articulatæ. Quas ob res perspicuum est, primū principium non cōnumeratum, neq; coordinatum, sed absolute simpliciter, uniuersaliterq; absq; additione aliqua, id est in ordine aliquarum rerum, sed omnium rerum, deum benedictum esse. Ipse quoq; similiter Et prima causa, Et primus motor non cōnumeratus, neq; in ordinem aliquem reductus, uere solus, et est, et dicitur, quid igitur, quidigitur est, quo turbantur? que repugnantiae? Que contradictionis uel minima suspicio? Ego enim contra nūrum immodum, omnia inter se cōuenire quadrareq; uideo. Nam cum dixisset, nullo pacto esse in loco, id primum de quo nunc agimus, Et esse ultra primā lationem, Et extra cœlum, nec ullam ei mutationem accedere, esseq; cæterorum omnium, præterq; sui ipsius, causam primum, unde omnium Et esse Et uiuere dependet, quorum singula, non motori primū mobilis, sed motori primo simpliciter cōueniunt, simul autem capta, ipsius ueri dei, ego descriptionem, Et diffinitionem quandam, quantum homines capere possumus, appellari, statim intruit argumento, ac testimoniio illud esse, q; non est aliud melius quod mouebit, quibus uerbis superiora, q; si te, timonio quodam, confirmantur, ut ipse ait, Superiora uero, non de motore, qui quasi affixus, in primo mobili sit, non de motore, qui sic alicubi sit, ut alii